

expensas factas in reparatione enclaustrum loci fratrum predicatorum a principio operis dicti enclaustrum usque ad finem et perfectionem ipsius, ipsi met fecerunt ex diuersis quantitatibus pecunie peruenientibus ipsi conuentui tam a comunitate Spaleti ex elimosinis et ab aliis procuratis pro opere predicto, quam eciam ex certis relictis, ex certis testamentis et aliis quam pluribus causis ipsi conuentui peruentibus diuersis causis pro prefato enclaustro necessarie reparando; et hec pecunie que prout recordari possunt ascendunt ad quantitatem librarum trecentarum et quinquaginta duarum uenetorum paruorum et ultra, per eorum et cuiuslibet ipsorum manus expense fuerunt utiliter, et in reparacione enclaustrum sepedicti totaliter consumate; asserentes et confitentes quod frater Demitrius Albanensis prior supradictus de predictis pecuniis recipiendis pro expendendo in usu dicti conuentus uel aliter se nullatenus intromisit, totam sollicitudinem tam in recipiendo dictas quantitas pecunie quam in expendendo pro predictis, relinquens ser Duymo et Jacxe memoratis, quam uis idem frater Demitrius prior suum animum non quieuerit in recuperando et procurando censem ut dictum enclaustrum execucioni totaliter mandaretur. Actum sub enclaustro prefato, presentibus Creste Cusine et Pedono sertore testibus, et Damiano Marci examinatore.

Die, loco, testibus et examinatore predictis. Frater Dimitrius Albanensis de Duracio, prior loci fratrum predicatorum de Spaleto, cum consensu et expressa uoluntate fratrum sui conuentus ibidem ad sonum campane ut moris est ad infrascripta specialiter congregatorum, coram me notario, testibus et examinatore infrascriptis, fuit uere contentus et confessus quod illas trecentas et quinquaginta duas libras uenetorum paruorum et ultra, que peruererunt ad manus ser Jacxe Petri Petrache et ser Duymi Auancii ex certis lemosinis, testamentis et aliis causis diuersis pro dicto conuentu, causa reparandi et actandi enclaustrum loci fratrum predicatorum, ipsi expendiderunt cum uoluntate et expressa licentia dicti prioris et ipsorum fratrum, in reparacione operis enclaustrum predicti, et in ipso opere eas totaliter consumarunt, asserentes et confitentes fore eis per ipsos de predictis facta et asentata bona et clara ratione. De quibus omnibus dictus prior, cum expressa licencia et uoluntate dictorum fratrum, per se et eorum successores, fecit dictis Jacxe et Duymo, pro se et suis heredibus et successoribus recipientibus, finem, quietationem, remissionem et pactum de ulterius aliquid non petendo, promicte ipsos uel ipsorum alterum de cetero non molestare, petere uel inquietari in iudicio nec extra occasionibus predictis, sed dictam quietationem perpetuo firmam et ratam habere et tenere, cum refectione dampnorum et expensarum litis et extra et sub obligatione omnium bonorum etc.

(Sarà continuato).